







1708.

13

Q. D. B. V. 1735, 13  
DISSERTATIO INAUGVRALIS IVRIDICA

DE EO, QVOD CIRCA  
EXPENSAS  
INQVIVISIONIS  
ET CRIMINALES

IYSTVM EST,

5 1/2  
1. P.  
Son Inquisitions- und Weinlichen Kosten/

QVAM  
RECTORE VNIVERSITATIS MAGNIFICO,  
DN. TOBIA JAC. REINHARTH,

JCTO, FACVLTATIS IVRIDICÆ DECANO, ASSESSORE ET PROF. PVBL.  
ORDINAR.  
ILLVSTRISSIMI S. R. I. COMITIS DE GLEICHEN ET HAZFELD CONSILIARIO,  
NEC NON EIVSDEM CANCELLARIÆ ET CONSISTORII BLANCKENHAIN.  
DIRECTORE, CIVITATIS ERFORDIENSIS SYNDICO  
ET CONSVLE,

INCLVTÆ FACVLTATIS IVRIDICÆ  
CONSENSV

PRO LICENTIA

SVMMOS IN VTROQVE IURE HONORES ET PRIVILEGIA  
DOCTORALIA

RITE CONSEQVENDI,

SINE PRÆSIDE

PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI SVBMITTIT  
AVTOR

CHRISTIANVS SCHÜSLER.

IN AVDITORIO JCTORVM MAJORE  
DIE XVII. MARTII M DCC XXXV. HORIS CONSVETIS.

ERFORDIÆ, Typis HERINGII, Acad. Typogr.



DISSENTATIO IN VOCALIS IUDICIA  
DE VO OVO GUA  
EXPERIENS  
INQUISITIONIS  
ET CRIMINALIS  
INSTITUTIONIS  
RECTOR UNIVERSITATIS MAGNIFICUS  
DN. IOHANNES JAC. REINHARTH  
HONORABILIS FACULTATIS IURIDICAE  
CONSENSU  
PRO LICENTIA  
SINE REVERENTIA  
CHRISTIANUS SCHULNER





V I R O  
PERILLVSTRI ATQVE EXCEL-  
LENTISSIMO DOMINO,  
D O M I N O  
JOH. CHRISTIAN  
de HENNICKE,  
POTENTISSIMO POLONIARVM RE-  
GI AC ELECTORI SAXONIAE  
A CONSILIIIS INTIMIS, CAMERAE REGIO-  
ELECTORALIS VICE- PRAESIDI,  
EPISCOPATVS NAMBVRGENSIS CAMERAE DIRE-  
CTORI,  
*DYNASTIAE IN MARSCHWITZ,*  
DOMINO MEO LONGE  
GRATIOSISSIMO,



VIR PERILLVSTRIS atqve EX-  
CELLENTISSIME,

DOMINE GRATIOSISSIME, PATRONE  
AETERNO VENERATIONIS CVL-  
TV SVSPICIENDE!



Ingularis, quâ hactenus **EXCEL-**  
**LENTIA VESTRA** erga fra-  
trem meum affecta est, gratia spem  
mihi facit, aequi bonique consul-  
turam esse, si ego quoque eò au-  
daciae procedam, ut gratiae **EXCELLEN-**  
**TIAE**



TIAE VESTRAE me commendem, atque  
sub validissimo hoc patrocinio fortunae meae in-  
crementa quaeram, eoque consilio Disputationem  
hanc meam qualemcunque inauguralem de Expen-  
sis inquisitionis, & criminalibus Magno VE-  
STRAE EXCELLENTIAE Nomini di-  
cem, dedicem, consecrem. Materiam sistit in ju-  
re aequae controversam, ac in rebus Cameralibus,  
de quibus EXCELLENTIA VESTRA in-  
signiter merita est, saepissime occurrentem, ne-  
que tamen ab omni dubio liberam. Et quam-  
vis ad thema propositum pro dignitate tractan-  
dum major, quam mea, requiri videatur eruditio;  
Spero tamen, fore ut EXCELLENTIA VE-  
STRA hanc meam qualemcunque opellam adspe-  
ctu suo ne dedignetur. Cetera DEVS Ter O-  
ptimus Maximus EXCELLENTIAM VE-  
STRAM conservet; Conservet ejusdem PER-  
ILLVSTREM AC GENEROSISSIMAM  
DOMVM; & Aeternum NVMEN, ut multipli-  
catis negotiis VESTRA EXCELLENTIA ma-  
scule



sculè, prout solet, praeesse possit, multiplicet vi-  
res, quò POTENTISSIMO ac SERENIS-  
SIMO REGI, ELECTORIqve longissimo ad-  
huc tempore fervire, & Patriae prodesse qveat.  
Id tandem humillime precor, ut data occasione  
VESTRA EXCELLENTIA recordari velit

MAGNO EXCELLENTIAE  
VESTRÆ NOMINI

*Dresdae d. 27.  
Mart. 1735.*

addictissimi, observantissi-  
miqve servi

CHRISTIANI SCHÜSLERI.





§. I.

**D**Elicta patrata manet Inquisitio, sequiturque, causa cognita, veritateque delicti inspecta, poena vel capitalis, vel non capitalis, per sententiam iudicis contra Reum, vel confessum, vel satis convictum determinanda, eaque vel vitam, vel corpus, vel famam, vel denique bona afficiens. Quemadmodum autem ad inquisitionem instituendam & absolvendam, nec non ad poenam dictandam, eamque executioni dandam, non pauci requiruntur sumtus necessario impendendi, qui vulgo *Inquisitions-* oder *Peinliche Kosten*, appellari solent. Ita maximopere quaeritur: A quonam sumtus ejusmodi inquisitionis ferri ac sustineri debeant?

§. II.

Impraesentiarum autem mihi de illa Processus Criminalis specie, sumtibusque eo pertinentibus, haud esse sermonem, quae ad certi cujusdam accusatoris instantiam instituitur, & inde Accusatorius appellatur, vel ex ipsa Dissertationis rubricâ apparet. Siquidem hujusratione L. B. ad jura communia, & praesertim ORD. CRIM. ejusque Commentatores LUDOVICI, BEYERVM, CLASENIVM aliosque remitto, idque eò magis, quia moribus hodiernis non adeo frequenter occurrunt casus, ubi quis accusatoris partes in se recipere, quin potius quisque sumtus subterfugiens, animo denunciandi declarato, iudici delictum commissum manifestare assolet, adeo ut dese-

A

rens



rens delictum commissum, licet animum denunciandi expresse non declaraverit, nihilo secius denunciandi, non vero accusandi animo id fecisse intelligendus sit: Sed de illa solummodo processus specie, sumtibusque eò spectantibus, agere animo constitui, quæ præcedente denunciatione alicujus, vel publica invitante fama, instituitur, & communi venit nomine des *Rügen* oder Inquisitionis-Processus. Hic enim Processus hodie fere ad ordinarium, æque ac olim Accusatorius, ob hujus moderatam infrequentiam, a Doctoribus referri consuevit, vid. *Resolut. Grav. de Anno 1612. §. 5.* ibi: *Von denen Rechts-Lehrern dieses Remedium ex communi consuetudine nunmehr pro ordinario, sy in allen Delictis statt habe, gehalten wird ic.* quamvis negari nequeat, nec hodie illum, qui accusatoris partes in se suscipere malit, a limine judicii tam in foris Juris Communis & Imperii, quam in ipsâ Saxonîâ repelli posse, THOMAS HAYMVS de *Stylo curiæ seu Processu L. XII. tit. 2. §. 1. p. 1690.*

§. III.

Ut autem ad quæstionem ipsam, quæ thema Dissertationis constituit, & §. II. proposita fuit, accedam propius, præmonuisse juvabit: Expenfarum *Inquisitionalium* s. *criminalium* nomine mihi heic omnes illos venire sumtus, qui tam ad Inquisitionem criminalem præparandam, quam reverâ instituendam, prosequendam & finiendam, nec non sententiam latam exequendam necessario erogandi, vel præstandi sunt, ita quidem, ut illis quoque, quos quis pro defensione suâ fecit, non penitus excludantur; De quibus ergo expensis ita tenendum, ut aut suppeditentur a reo, seu Inquisito, aut ferantur a fisco, seu ab illo, qui Jurisdictione altâ s. superiore gaudet, vel denique subministrentur a subditis.

§. IV.

De reo seu inquisito quidem inter Doctores non adeo expedita res est, siquidem alii eum absolute, dummodo non ex omni parte innocentiam suam probaverit, sed aliqua saltem ratione Inquisitioni instituendæ ansam præbuerit, in expensas condemnant; alii vero distinguendo eum modo hoc, modo illo casu ab iisdem liberare intendunt. Ego tunc certe quidem



dem cum LVDOVICI in der *Einleitung zum Inquisitions-Pro-  
cess* Cap. XII. §. 15. rem extra omnem dubitationis aleam posi-  
tam, & Inquisitum ab expensis omnibus absolvendum esse au-  
tumo, quando nulla indicia adfuerunt gravantia & verosimi-  
lia, sed iudex e.g. incerta quadam fama inductus, ceteroquin de  
corporis delicti existentia & veritate prius indaganda incu-  
rius captura & inquisitione, processit. Habet enim hic in-  
cautus iudex, si damnum, Reo dein absoluto, sentit, quod suæ  
imputet vel ignorantia, vel imprudentia, & quod accuratio-  
ri circumspectione non sit usus.

§. V.

Quemadmodum vero Doctores, naturali fradente id  
æquitate, fere omnes in hanc, quam modo dixi, sententiam  
concedunt; ita etiam unanimi fere omnes calculo excipiunt  
suntus in defensionem inquisiti & ejus alimentationem, vul-  
go *Ähngs-Kosten*, erogatos, eorumque curam & solutionem  
reo ipsi etiam innocenti relinquunt. Facile id largior, quan-  
do de tali casu, aut simili, qualem adduxit Illustr. BÖHMERS  
*Dissert. de Expens. Crim. Cap. III. §. 9.*, sermo est: Tunc enim  
iudicis imprudentiæ vel ignorantia nequicquam imputari po-  
test, quin potius uterque, & iudex & reus, pro casu fortuito da-  
mnum, quod passi sunt, reputare debent; ille, quod operam  
suam delicto indagando gratis impenderit, hic, quod defen-  
sionis suæ & alimentacionis sumtus ferre debeat: salvo ta-  
men utriusque regressu adversus verum reum, si quid in bonis  
habuerit. At enim vero id a me impetrare non possum, ut  
extendam hanc positionem ad casum §. IV. propositum, quod  
scilicet sola iudicis vel ignorantia, vel imprudentia causam  
Inquisitioni præbuit, quia iniquum foret, alterum alterius  
imperitia vel improvidentia damnum sentire debere, præ-  
sertim cum iudex artem quasi profiteatur, cujus imperitia  
pro culpa merito reputetur. Adeo ut hoc in casu iudex in-  
cautus refusionem expensarum solus præstare teneatur,  
ceteroquin omnem culpam sibi imputaturus.

§. VIII.

Quod si vero ejusmodi plena innocentia ab initio qui-  
dem



dem non apparuerit, nihilo tamen lecius reus postea abiolutus fuerit, distinguendum tali casu nonnulli putant, an reus sine juramento præfinito absolutus sit, an vero sacramento se purgaverit, aut tortura indicia apparentia, eaque gravantia, declinaverit atque enervaverit. Discrepantia rationem etiam alii in casibus, ubi reus vel pœna corporis afflictiva & capitali, vel solummodo alia, quæ corpus non tangit, fuerit affectus, in medium proferunt. Quidquid harum distinctionum sit: Ego eum Illustr. BÖHMERO cit. *Diff. Cap. III. §. 8.* LVDOVICI *Einleit. zum Inquisition. Proceß Cap. XII. §. 15.* BRUNNEMANNO *Proc. Inquis. Cap. VIII. membr. I. n. 13. Cap. IX. n. 2. 3.* MATTHÆI *de Crim. tit. 17. Cap. IV. n. 2.* aliisque compluribus de Jure communi Regulam laudamus: *Toties reum ad expensas in Inquisitionem factas condemnandum esse, quoties indicia probabilia contra eum, judici ad inquirendum adsuerint.* Talia enim si adsint, vix ac ne vix quidem unquam illa sine rei culpa aderunt. Neque rationes a CARPZOVIO aliisque in contrarium, sed haud adeo magni ponderis, adductæ me movent, ut in adversas transeam partes. Superfedeo etiam labore eas refellendi, ne, cum id a prælaudatis auctoribus jam præfinitum, actum agere videar. Neque heredes Inquisiti a refusione expensarum criminalium immunes esse possunt, quia tanquam heredes facta defuncti non quoad pœnam, sed quoad interessè, præstare tenentur. Non obstat enim notoria ista regula, quod actiones pœnales non transeant ad heredes. Siquidem hic non de pœna, sed de eo, quod interest, quo expensas criminales etiam referre debemus, sermo est. Nec etiam distinctiones CARPZOVII *Pr. Crim. quest. 38.* in contrarium movere possunt; siquidem ubique reus ad id quod interest, per confensuens etiam ipsius heredes, tenentur.

## §. VII.

Plus dubii & speciei habet Saxonum ista distinctio Legi publicæ CONST. ELECTORALIS SAXON. XII. P. IV. innixa: Qua evincere nituntur, reum, pœna corporis afflictiva vel adeo pœnali delictum expiantem, ad expensas inquisitionis refun-



refundendas non teneri. Tantum autem abest, ut huic ad-  
 stipulemur sententiæ, ut potius ad illum solummodo casum,  
 quo de Constitutio IV. loquitur, revocanda sit. Non una  
 hanc opinionem format regula: 1) enim unusquisque facile  
 largietur, hanc Constitutionem esse legem correctoriam,  
 eamque vel ideo, vel per regulas sanæ Hermeneutices, exten-  
 sive interpretationis haud capacem. Quamvis scilicet eorum  
 noluerim subscribere sententiis, qui ex Jure Romano omnia  
 jura particularia, seu provincialia, tanquam recedentia ab eo,  
 interpretari malunt, ut potius prius ad leges patrias abeun-  
 dum, his vero deficientibus demum ex Jure Romano, tan-  
 quam subsidiario, decisionem controversiæ petendam esse as-  
 seram: hoc tamen in dubium vocari nequit, quod Jus Ro-  
 manum, quam Constitutio illa supra laudata in lucem pro-  
 didit, prius receptum, & eo ipso patrii juris pars factum sit.  
 Adeo ut cum postea novæ leges conderentur, hæc sine dubio  
 correctoriæ fuerint. Habeo hæc in parte consentientem  
 Illustr. WERNHERVM *Obs. For. P. III. Obs. 52.* Cui addo 2)  
 quod nulla veritatis, aut certe quidem præsumtionis, species ad-  
 fit, Serenissimum legislatorem Constitutionem illam ad alios  
 extendere voluisse casus, quam ibi nominatum homicidii,  
 eum alias verbulo und dergl. intentionem suam declaraturus  
 fuisset, id quod sæpius aliis in casibus fieri solet, & re ipsa fa-  
 ctum esse legimus. Confirmatur hæc sententia 3) ex rubrica  
 apposita: *Ob in Sachen des Todtschlags die erfolgte Strafe*  
*se 2c. 2c.* Jam verò non exiguam a rubro ad nigrum conclu-  
 dendi vim esse, apud omnes constat. Accedit 4) quod dicta  
 Constitutio discrete solius Processus Accusatorii meminerit, &  
 de expensis a reo interfecti heredibus, iisque accusantibus,  
 welche ihn beklagt, loquitur. Cum tamen à Processu accusa-  
 torio ad inquisitorium non semper procedit argumentatio  
 STRYCK *u. m. tit. de quasi. §. 15.* BÖHMER. *Diss. cit. cap. III. §. 8.*  
 §. II. Quid? quod dum 5) mentionem filiorum & Agna-  
 torum, derer Edbne und Schwerdt-Magen, Legislator injicit,  
 eo ipso Weregeldum ipsis præstari debere, innuit. Atqui ne-  
 minem latet, Weregeldum ad aliud quoddam delictum non  
 quadrare.

A 3

§. VIII.



§. VIII.

Jam quidem omne dubium in Electoratu Saxonico verè sublatum est, postquam Potentissimus Rex atque Elector Anno 1717. d. 7. Jul. per Mandatum, cui rubrum est: Daß die unter Obrigkeiten, wenn in Inquisitionibus auf das Purgatorium erkandt wird, jedesmal die Unkosten zugleich mit liquidiren sollen; &c. d. VI. Jul. 1719. per Mandatum inscriptum: Von geschwinder Exequirung derer Diebe und Räuber ic. controversia hujus decisionem dedit. Juvat ipsa Mandatorum, quatenus nostram thesin attingunt, apponere verba, quae in illo de ao. 1717. sequentis sunt tenoris: bey vorkommenden Inquisitionibus, und andern Verbrechen, wenn auf das Purgatorium erkandt wird, auch in denen Fällen, **da die Delinquenten nach dessen Abschwörung von der Straffe absolviret werden/ auf Ersetzung derer Unkosten** in Abfassung derer Urtheile oder Decrete zu sprechen; in hoc de ao. 1719. ita sonant: Gleichwie nicht minder die bisher erzehlte Verbrecher, so mit Leibes-Straffe oder Bestungs-Bau belegt werden, so wohl als derer hingerichteten Mißthäter Erben, obschon das gestohne Guth in natura nicht mehr zugegen und bey ihm vorhanden, dennoch aus sothanen Vermögen denenjenigen, welchen des Zhrige entwendet worden, solches hinwieder gehörig, nach dem Werthe, den allenfalls der Beraubte oder bestohlene cydlich anzeigen wird, zu ersetzen, als welches auch, mit dem Schaden, so von Mord-Brennern geschiehet, über die in der 17. *Constitut. Part. IV.* enthaltene Straffe also zuhalten, ingleichen denen Gerichten, was diese oder auch die Unterthanen nach theils! Orthen Gebrauch, **zu Führung der Inquisition** bey dergl. so wohl, als andern *Criminal Fällen aufgewendet, ebenermassen zu restituiren angehalten, und also die 12. *Const. Elect. P. IV.* bloß von dem einigen casu verstanden werden, und anzunehmen seyn, wo bey dem todtschlagen des umgebrachten Erben actionem criminalem per modum accusationis anstellen, welches hingegen auch daselbst cessiret, wenn die Sache auf denunciation oder ex officio von dem Richter durch Inquisition tractiret worden. Adeo ut nunc regula sit apud Saxones: Quilibet Inquisitus, qui capitali poena afficitur aut  
sacra-*



facramento se purgavit, aut etiam (per bonam consequentiam, cujus rationes inferius paulo recensebimus) tortura subjectus est, in expensas condemnandus erit. Sed hoc non est aliquid singulare; cum in Ducatu Württembergico, teste BESOLDO *Thef. Pract. lit. G. verb. Gerichtes Kosten* idem etiam obtinet.

§. IX.

Nihilo fecius in eo casu, quo quis torturam sustinuit, Illustr. WERNHERVM dissentientem videmus in *Obs. For. P. V. Obs. 192*. Ille videlicet etiam post promulgata ista mandata Saxonica, reum torturæ subjectum, suppone cæteroquin nihil contentem, a restitutione sumtuum inquisitionis, in foris Saxonis, æque ac in *P. I. Obs. 267*. in foris Imperii idem obtinere statuit, exceptis iis, qui ad alimenta & in ipsius defensionem facti sunt, absolvit: Cujus asserti rationes sequentes adduxit: quod 1) a tortura spiritali ad corporalem non statim idoneum argumentum duci queat, 2) quod mandatum de Anno 1717. sit lex correctoria, ideoque extensivæ interpretationis expers. At enim vero facilis erit ad has objectiones responsio: siquidem ad 1) ubi eadem, imò major adhuc, legis ratio militat, ibi eadem quoque adsit legis dispositio necesse est. Et tunc valet utique a tortura spiritali ad corporalem ducta consequentia. Scilicet, quia contra reum purgatorium præstantem indicia omnino gravantia præcessisse oportet, & ejusmodi indicia ut plurimum, & tantum non semper, ex rei culpa vel commissionis, vel omissionis, originem ducunt, Lex eum ad sumtuum restitutionem optimâ ratione damnari jubet. Jam vero notissimum est, quod quando torturæ locus sit, graviora concurrant indicia, quam quæ purgatorio dictitando sufficiunt. Cur ergo reus hocce in casu a sumtibus immunis esse debeat, nulla idonea prostat ratio. Iniquum sane foret, reum paucioribus iisque remotioribus indiciiis gravatum in expensas condemnare, alium vero, contra quem proximiora & longe graviora militant, ac ita comparata sunt, ut non nisi propria sæpe confessio deficere videatur, ab iis absolvere. Destruitur quidem hac ipsa res-

spon.



sponsione 2) etiam alterum Illustr. WERNHERI argumentum supra recensitum, sed negandum præterea; hanc legem mandati de anno 1717. esse correctoriam, probatum enim de-  
 di supra, *Const. Elect. 12. Part. IV.* non nisi de casu homici-  
 dii, & quidem processu accusatorio vindicati, esse intelli-  
 gendam. Talis certe favoris delictorum in jure nullibi ap-  
 parent vestigia; Consentientes habeo STRYCKIVM *Uf. M. ff. Tit. de quest. §. 15.* BRUNNEMANNVM *Proc. Inqu. c. 9. n. 2.* BAYE-  
 RVVM ad *O. C. art. 204. no. 14.* ibique in notis, LVDOVICI ad *O. C. ad art. 61.* cum pluribus aliis, qui tamen de Jure communi hanc sententiam ita temperant, ut sumtus in ipsam torturam factos excipiant, quos judici seu fisco ferendos imponunt; Id quod extra Saxoniam quidem propter *art. 61. O. C. C.* facile concedendum. At vero in Saxonia ut idem asseram, per supra dictas rationes prohibeor. Reliqua doctrina, de reo sacramento se purgante, ad regulam supra propositam re-  
 vocanda erit, refutante rationes in contrarium Illustr. BÖH-  
 MERO in *Diss. de Exp. Crim. C. III. §. 8.* aliisque, add. de Jure Communi CASPAR. ANTON. THESSAVR. *forens. quest. L. 1. qu. 45. n. 7.*

§. X.

Dictis hæc autem sicut semper clausula salutaris inest: Siquid reus habeat in bonis, unde expensas restituat; inanis enim est actio, quam inopia debitoris excludit *l. 6. ff. de dolo malo.* lo-  
 cumque habebit & hic vulgare istud proverbium: *Wo nichts ist, hat der Käyser sein Recht verlohren.* Itaque quaeritur: quis tali casu ad sumtus Inquisitionis suppeditandos & ferendos teneatur? Communis est responso, quod Fiscus, idque ideo, quia Jurisdictionem superiorem s. altam ibi exerceat, atque commodis Jurisdictionis perfruitur; Ergo videri quidem posset hæc sententia iniqua, quin potius reo nihil in bonis habente expensas Criminales in Inquisitiones factas a subditis suppeditari debere existimari: publica enim 1) securitas, imo ipso-  
 rum subditorum utilitas principaliter, versatur in hoc nego-  
 tio, & quemadmodum subditi, alios ad necessitates publi-  
 cas sumtus subministrare, ita hos quoque ferre tenentur,  
 non



non obstante 3) quod Fiscus multa habeat commoda, multas quoque alias accessiones &c. Satis enim multa habet incommoda, satis multas erogationes, quæ in diem excrecere solent; Et licet honore jurisdictionis gaudeat, nulli tamen 4) munus suum debet esse damnosum. Neque ratio CARP-ZOVII *Pr. Crim. qu. 138.* 5) ad Fiscum Principis quadrare videtur, quia Princeps non ex facta concessione, sed jure quodam radicitus & privative ad eum translato jurisdictionem exercet. Quin imo licet Domini Jurisdictionum Patrimoniales eam ex facta concessione exerceant, nemini tamen munus suum debet esse damnosum. At enim vero cum Principes Fisco suo hoc onus jam dudum Legibus publicis imposuerint ipsi, non immerito sequimur tenorem legum, & firmamus regulam: Fiscum toties, quoties reus restitutionem prestare nequit, in subsidium omnes sumtus Inquisitionis necessarios suppeditare & ferre teneri. Facile ergo patet, quod sumtus necessarii eo in casu, quando Praefectus causam protrahit, vel per quoddam temporis spatium negligit, vel plane illegaliter procedit, & in genere culpam committit, adeoque inanes causatur sumtus, a non necessariis separandi, illi Fisco imputandi, hi a Praefecto ipso ferendi sint. Valere debet hæc regula in genere, siquidem culpa, negligentia & imperitia judicis nemini nocere debet. Et non dubito, quia Dicasteria, ejusmodi apparente ex actis culpa, judicem ad sumtus, quos causatus est non necessarios, condemnent ferendos.

## §. XI.

Quemadmodum autem in Saxonia e suprema Regiminis Cancellaria memini sæpius iudicibus inferioribus male procedentibus injungi, daß sie dafür keine Unkosten abfordern sollen; Ita etiam praefectis, denen Amtleuten, quando expensarum in inquisitionem factarum rationes reddunt Cameræ, apparente ex Actis quadam protractione, negligentia vel illegalitate, non solum expensæ judiciales, sed etiam alimenta & expensæ lictoribus solvendæ, *Ajung-Sitz-Holz-Geld* &c. quas sua culpa causati sunt, detrahuntur, & ut ipsi eos ferant condemnantur. Imo sumtus totius inquisitionis ferre

B

non



non immerito iudex debet, quando secundum Mand. Reg. de anno 1730. non ante inquisitionem specialem de delicto regiminis supremæ Cancellariæ literis informatiis retulit, nec ejus jussu & autoritate processit. Æquitati hoc summo-  
pere respondere arbitror: Damnum enim, quod quis sua culpa sentit, sentire non videtur.

## §. XII.

Sed quid si Reus, qui sub Præfecti jurisdictione, ubi fisco sumtus inquisitionis subministrare tenetur, deliquit, fugâ sibi consuluit, in alia vero præfecturâ ejusdem Territorii, ubi subditis prædictorum sumtum præstatio ex observantiâ incumbit, deprehensus fuit, annon tunc Præfecto aliquid culpæ imputandum, si Reum deprehensum ad forum delicti revocat? Videtur dicendum, quod sic, ex eâ quidem ratione, quod Præfectus fisco, ad cujus commodum promovendum, damnumque avertendum sacramento adstrictus, ferendorum sumtum onus, in casu quo remissio Rei delinquentis, in are parum vel nihil habentis, quæ citra difficultatem indulgeri solet, a iudice requisito concessa sit, citra necessitatem imponat, quod, omisâ Rei revocatione eo magis avertere potuisset, quo magis justitia a iudice deprehensionis, cujus subditis sumtum criminalium onus incumbit, citra fisci prægravationem æque administrari potuisset & debuisset. Quemadmodum vero ex eadem ratione idem in casu inverso dicendum, ut scil. Iudex deprehensionis, ubi sumtibus fisci inquisitione peragenda, omnem quam possit operam impendere debeat, ut reus deprehensus ad iudicem delicti, ubi subditorum sumtibus inquiritur, pro sublevando fisco remittatur; Ita sane ejusmodi casibus prudentiæ erit, ut Præfecti communis consilii, ponderatisque cunctis circumstantiis deliberent, utrum magis inquisitionem in foro delicti, vel in foro deprehensionis peragi, conducat, atque eo potissimum respiciant, ut ab omni imputatione, quod forsân fisci interesse neglexerint, alieni maneant. Hoc saltem certum, subditos, quorum sumtibus, vigore observantiæ forsân loci, inquisitiones peragenda, in casu, quo iudex Reum in alio foro delin-



delinquentem retinere magis, quam remittere malint, nihil habere, de quo conquiri queant, cum constet, remissiones hodie esse non necessitatis, sed libera voluntatis, atque forum deprehensionis foro delicti quodammodo potentius, optime id observante BERGERO *in Oecon.* p. 931.

§. XIII.

Sed hæc ita fieri poterant, quando, prout fingimus, uterque iudex, & deprehensionis & delicti, eidem domino superiori subfunt. Wenn beyde Amtleute einerley hoher Landes Herrschafft unterworfen sind. At enim vero nunc fingo, Reum sub jurisdictione Præfecti deliquisse, postea effugisse, & sub alterius jurisdictione, eaque patrimoniali, deprehensum esse: Vel vice versa, Reum sub jurisdictione quadam patrimoniali deliquisse, postea effugisse, & sub jurisdictione præfectura deprehensum esse: Quid tum? Respondemus: Quemadmodum forum deprehensionis foro delicti fortius est in retinendo reo, quando iudex deprehensionis ita voluerit; Ita etiam fortius erit, quando Iudex delicti remissionem delinquentis petere noluerit. vid. MENCK. *ff. tit. de judiciis §. 36.* Judici ergo deprehensionis inquisitio incumbet; siquidem, quod pro se allegabat, & contra eum allegare fas est. Pro ratione tamen circumstantiarum remissio delinquentis a Jurisdictione patrimoniali peti poterit, & ei etiam concedi, vel minus, prænuui nequeant, imo per literas reversales semper salva ac integra servari possint. Ceterum tota res in hisce & similibus casibus ad prudentiam Præfecti redit; Id tamen ex re putaverim monere, quod in delicta, quæ contra regalia impingunt, e. g. falsa moneta &c. à iudice patrimoniali, ubi forte delinquens deprehensus est, non inquiri, eaque puniri debeant, sed remissio tunc etiam necessitatis erit, prout hoc quoque observantia servatum esse memini.

§. XIV.

Contingit etiam, ut delinquentes in adjacens aliud & diversum territorium effugiant, ibique deprehendantur, an vero tunc iudex delicti commissi remissionem petere teneatur.



tur, responsio jam modo adfuit. Sed tum maxime remissionem, quando offertur, petendam esse judico, quando delictum securitati publicæ nocet, cursumque commerciorum impedit. Sic necessarium omnino foret, reum e. g. qui Postas (quale quid ante jam factum erat, & ignorato delinquentem, impunitum manserat) deprædatus erat, der eine Extra-Post auf der Straßße beraubet, repetere, & inquisitione peracta ei poenam ibi imponere, ubi deliquerat, eoque exemplum in metum aliorum statuere. Exemplum anno 1727. Lipsiæ in causa Johann Gottfried Aschens occurrit.

## S. XV.

Ordinatio Accisæ Generalis anno 1707. §. 32. in *Cod. Aug. Sax. P. II. p. 1910.* officiales Accisæ (quia aliàs ratione officii sui & causarum eò pertinentium singularem agnoscent judicem) delinquentes relinquit jurisdictioni ordinarii judicis, sicut & in causis civilibus ad eum dimittuntur. Id quod antea jam anno 1705. Rescripto ita dispositum fuit, vid. *Cod. Aug. Saxon. P. II. p. 1891.* ita tamen, ut semper Inspector vel Commissarius quidam Accisæ assidere debeat. Illum autem ordinarium Judicem sumo pro judice competente, vel ratione fori delicti, vel deprehensionis, vel domicilii. Omnia ergo, quæ hætenus prolata sunt, etiam hic locum habebunt. Singulare quoddam est, quod Lipsiæ alle Geleits- Waag- Accis- Ober- Post- Amts- und Fleisch- Bedienten Præfecturæ loci jurisdictioni sint adscripti, quæ de re videre licet *Dec. Sax. 1684. Cod. Aug. p. 1012.* Talis ergo delinquentis remissio erit necessitatis, ex parte æque remittentis quam revocantis; Verba enim sunt: *Dass demselben (scil. dem Amte) an der Jurisdiction nichts entzogen werde.* Cujus rei adhuc de anno 1508. longe antiquiora extant in Archivo Præfecturæ Lipsiensis documenta, non solum die Geleits- Waag- Accis- Post- und Steuer- Bediente, sed in genere alle Herrschaftliche Bediente, die in Herrschaftliche Pflicht und Dienste stehen, jurisdictioni Præfecturæ Lipsiensis addicta; quæ postea observantia propediem est secuta. Antea quidem a Senatu Lipsiensi Præfecturæ hac de causa lis mota fuit, tandem vero Præfectura obtinuit. Ubi autem in-

qui-



quisitio contra ejusmodi officiales instituitur, (exceptis causis eorum officia tangentibus) ibi magistratus, die ordenti. Obrigkeit, qui Lipsiæ est præfectura Electoralis, sumtus in subsidium ferre oportet.

## §. XVI.

Clerico delinquente & in inquisitionem incidente, An etiam hic, si Reus nihil in bonis habeat, Fisco sumtus Inquisitionis tribuentur, an vero ei, cui Jus Patronatus est? Credo quod Fisco. Patronus enim non habet jurisdictionem in clericos. Et quamvis Consistorium, quod alias commoda jurisdictionis ecclesiastica habet, ex hoc fundamento ad sumtus ferendos obstrictum esse videri posset: Consistorio tamen non competit jurisdictionis criminalis, ex principio Juris Canonici: Quod ecclesia non siciat sanguinem; quod observantia servatur. Sed jurisdictio in Clericos Principi competit criminalis, & quidem qua summo Principi territoriali, non qua Episcopo, siquidem Principes Protestantés duplicem induere personam notissimum est. Cum vero casus obveniret, quo Princeps territorialis senatui cuidam oppidano, qui alias jurisdictione neque alta neque bassa gaudèbat, utramque jurisdictionem in cives oppidanos titulo locati reliquerat, vix dubium esse poterit, quin etiam Clerici delinquentes jurisdictioni Senatus oppidani criminali, quam titulo locati possidebat, subsint. Adeo, ut Senatus oppidanus ex hac ratione etiam sumtus in inquisitiones factos ferre teneatur. Causam enim a Principe habet, cui jurisdictio in Clericos Criminalis competit.

## §. XVII.

Quando autem Fiscus ad sumtus ferendos in subsidium tenetur, tunc omnes impensas necessarias, quas reus alias opulentus solvere debebat, ferre debet. Sed hæc solummodo in regula ita se habent: Nonnullis enim in locis aliæ hanc in rem extant dispositiones, sic in Saxonia quidem ORDINATIO TAXÆ, die Tax-Ordnung prostat, ad quam expensæ tam civiles, quam criminales moderari debent. Ast hæc non locum habet, quando Fiscus suppeditat Inquisitionis sumtus in



subsidium. Hunc enim casum Mandatum regium de anno 1730. d. 2. Dec. praestat, quod inferere opera precium duxerim

Von Gottes Gnaden Friedrich August, König in Pohlen ꝛ. Herzog zu Sachsen Churfürst.

Demnach sich bey Examination derer Amts-Rechnungen bishero geäußert, welchergestalt in einigen Aemtern der unterm 2. Decembr. 1709. ergangenen General-Verordnung, und andern nachhero ertheilten besondern Verfügungen zuwider, der baare Verlag in Inquisitionen- und andern Sachen, ohne Unsers Cammer-Collegii Vorbewußt und Approbation, von denen Amts-Incraten eigenmächtiger Weise genommen, auch denen Land-Knechten die in peinlichen Sachen zukommenden Gebühren nach der in jeden Amte eingeführten unterschiedenen Observanz bezahlet worden, daraus aber bey den Rechnungs-Wesen viel Unordnung, und zum Auffenthalt derer Rechnungs-Julificationen gereichende Schwierigkeiten entstanden:

Als befinden Wir zu deren Abheilffung der Nothdurfft zu seyn, nicht nur, daß von denen Beamten bey vorkommenden peinlichen oder andern Fällen, worzu einige Verlags-Kosten erfordert werden, vor deren aus der Amts-Cassa beschehenden Vorschießung in Zeiten jedesmahl zu Unserm Cammer-Collegio, mit Beyfügung der aus Unser Landes-Regierung deshalb ergangenen Verordnung, oder Anzeigung derer sonst hierbey concurrirenden Umstände, Bericht erstattet, darinnen das etwa benöthigte Geld-Quantum benennet worden, und, ehe hierauf behörige Resolution von dar eingelaftet, solche Kosten von denen Amts-Einkünfften bey Vermeidung des ohnfehlbaren, auch nach Befinden doppelten Ersatzes, nicht hergegeben werden sollen, hierdurch nochmahls ernstlich zu verordnen, sondern auch die in denen Aemtern nach verschiedener Observanz zeithero üblich gewesene Entrichtung derer Land-Knechts-Gebühren, gänzlich abzuschaffen, und vielmehr solche durchgängig in allen Unsern Aemtern auf gleichen Fuß zu setzen, immassen Wir denn denenselben in denen Fällen, wo der Amts-Fiscus die Unkosten in peinlichen Sachen



zu übernehmen hat, in Betracht derer sonst allbereit aus dem Amte habenden Besoldungen, Deputate, und anderer Zugänge ein mehrers, als nachbemerkte Gebühren, nehmlich,

- 1.) Bey Aufhebung eines todten Körpers zu seyn, und die Anstalten darzu zu machen, auch die Gerichts- und andere Personen, so darbey nöthig, zu bestellen, 6. gl.
  - 2.) Bey Besichtigung und Section eines Entleibten zu seyn, und das darbey nöthige zu verrichten, 3. gl.
  - 3.) Bey Besichtigung eines Beschädigten aufzuwarten = 2. gl.
  - 4.) Einen Gefangenen abzuholen und abzunehmen = 4. gl.
  - 5.) Dergleichen auszuliefern = 4. gl.
  - 6.) Wenn darnach über Land zu reisen ist, zur täglichen Auslösung 3. gl.
  - 7.) Vor den ersten Angriff in peinlichen Fällen, und wo einer in Verhaft genommen wird 4. gl.
  - 8.) Einschliesse-Geld zum ersten- und ein- vor allemahl 3. gl.
  - 9.) Ausschliesse-Geld das letzte mal 3. gl.
  - 10.) Eine peinliche Edictal-Citation anzuschlagen und wieder abzunehmen 1. gl.
  - 11.) Auf Tag und Nacht Eise-Geld 6. pf.
  - 12.) Vor die An- und Los-Schliessungen des Hals-Eisens 3. gl.
  - 13.) Einen Gefangenen zur Tortur zu bringen, und wieder zurück zu führen 4. gl.
  - 14.) Vor eine Landes-Verweisung oder Überbringung auf den Bestungs-Bau, oder ins Zucht-Haus, excl. derer Auslösung-Gebühren 6. gl.
  - 15.) Bey einem Staupenschlag zu seyn 6. gl.
  - 16.) Bey Heegung eines peinlichen Hals-Gerichts 6. gl.
  - 17.) Bey Execution einer Todes-Straf 12. gl.
  - 18.) Vor die Züchtigung mit Ruten im Gefängnisse 6. gl.
- hinsüher nicht reichen, und in Rechnung pahiren lassen wollen, da es hingegen in denen Fällen, wo der Delinquent die Unkosten zu bezahlen vermögend, oder auch die Amts-Unterthanen die peinlichen Kosten zu tragen verbunden sind, hierunter bey der neuen Tax-Ordnung lediglich sein Verbleiben haben soll. Wannhero





hero hiermit Unser Befehl, ixe wollet dieser Unserer gemessenen Ver-  
ordnung genau nachkommen, und bey dem anvertrauten Amte  
von Michael a. c. an, bey Einfendung derer Liquidationen, es  
anderer gestalt nicht halten, sowohl iedesmahl bey denen Oster-  
und Michaelis-Borbeschieden richtige Verzeichnisse, wie die be-  
willigten Vortrags-Quanta angewendet werden, bey der Dien-  
theye unmittelbar Extracts-weise einreichen, nach geendigter In-  
quisition aber solche daselbst behörig berechnen. An dem ge-  
schieht Unser Will und Meynung.

Datum Dresden  
am 28. Julii Anno 1730.

§. XVIII.

Hæc ergo lex publica in Saxonia norma erit, secundum  
quam expensæ Inquisitionum a fisco ferendæ examinari &  
moderari debent. Videmus tamen adhuc in dies plures,  
quam quæ hic recensitæ sunt, à Præfectis liquidari. At enim  
vero locum non habebunt. Ejusmodi farinæ sunt: Auslö-  
sung von dem Beamten und Actuarium, wenn sie über Land rei-  
sen, Hæc Auslösung enim salario, quod ipsis conventum est,  
pensatur. Requiritur nonnunquam Inspectores Accisa-  
rum, nec non Steurarum Revisores alique officiales, ut hanc,  
illam edant notitiam. Fit notitia: sed additur simul liqui-  
datio sportularum. Quid tum? An accipient? Credo quod  
non. Quin imo non infrequens est, ut Accis- und Steuer-  
Einnemer, qui facta in fraudem ararii, prout illos decet, de-  
nunciant, simul pro denunciatione, pro extrahenda hac vel  
illa specificatione, ad inquisitionem rite instituentiam necessa-  
ria, pro labore &c. expensas consignent & solutionem ea-  
rum urgeant. At enim vero non solum a parte fisci illis re-  
geritur, quod a Fisco in specie sic dicto, seu Principe, sua ha-  
beant stipendia, sed etiam à parte rei ad sumtum refusio-  
nem condemnati, & in genere iis obstat, quod neque tan-  
quam iudices sportulas judiciales, neque tanquam Advocati  
extrajudiciales petere queant. Siquidem hoc nullibi disposi-  
tum, sed ex officio iis id incumbat, excepta tamen numerata pe-



pecunia, den baaren Verlag, quæ jure iis, si quam exsolverint, refunditur.

§. XIX.

Accidit, ut rei pendente inquisitione carceribus detenti morbo affligantur. Quemadmodum autem notorii est juris, medicum cum iis adhiberi debere; Ita quaestio tunc erit: An Fiscus Medico satisfacere teneatur pro medicamentis, opera, laboreque? Et distinguendum erit inter Medicos Provinciales, Land-Physicos, die eine ordentliche Bestallung haben, & illos, qui tales non sunt. In illo casu literæ constitutionis, die Bestallungs-Brieffe, inspicienda, & ex illis causæ obvenientes dijudicanda, sic e.g. der Amts- und Land-Physicus bey dem Creysß Amt Leipzig verimöge seine Bestallung d. d. 16. Martii 1719. in iis casibus, quibus Fiscus fert sumtus inquisitionis, operam suam gratis impendere tenetur. Quod si tamen nomine Praefecturae ad sectionem forte suscipiendam & similia peregre abire necesse habeat, quotidie ei vor sich, seine Vierde, Diener, unus thalerus porrigetur. Iisdem conditionibus constituti sunt die Amts- und Land-Physici derer Nemter Augustusburg, Chemnitz, Franckenberg und Sachsenburg, & licet Inquisitiones Physicorum Provincialium bey dem Amt Zwickau und Weickau, desgleichen bey denen Nemtern Naßen, Freyberg und Frauenstein, sowohl Dresden, Moritzburg, Radeberg, Dippoldiswalde, und Geyllenburg, quæ reliqua ejusdem sunt tenoris, de eo casu, quando Medicum peregre proficisci oportet, expresse nihil disponant, fors tamen non iniquum fuerit, & alibi locorum sumtus itineris & alimenta illa Lipsiensis Medici Provincialis Instructione metiri. Cæterum pecunia numerata, der baare Verlag von Arzeneey in Apotheken, Medicis jure refunditur. Hoc casu, quo scilicet peculiaris non est constitutus Medicus Provincialis, wo kein Amt- oder Land-Physicus ist, Medico operam suam exhibenti ex justo & æquo satisfiet.

§. XX.

Ad rite instituendam inquisitionem requiritur ut responsionibus reorum sive summaris, sive ad articulos, sive sub  
C  
tortu-



tortura, intersint Scabini, Land-Richter und Schöppen: Hi expensas suas etiam ad liquidum deducere solent, & quia hac sua praesentia quidem alios labores negligunt, neque tamen ordinario salario gaudent; aequitati convenit, ut solutione expensarum hoc damnum pensetur. Memini, in plurimis Praefecturis observantia unicuique porrigi §. gl. 3. pf. Sufficiant autem duo, & iudex ad legalitatem inquisitionis pluribus non habet opus, Quod si ergo iudex ex superfluo plures adhibuerit, non nisi expensae pro duobus locum habebunt. Sed contingit nonnunquam, Actuario vel Iudici ad expeditionem quandam peregre abeunti, ut scabini addantur, necesse. Vidi, tum scabinos sub rubrica: des baaren Miethe-Lohn. Vix autem hoc iis, extra casum necessitatis expresse allegandum indulgebatur, alias enim ordinaria merces nuntiis solvi solita, das Boten-Lohn, praestare solet: Exceptis alimentis, die Auslösung, quae ex aequo & bono moderanda sunt. Ut plurimum iis §. gl. 3. pf. zur Auslösung praestari solet.

## §. XXI.

Inter specificationes sumptuum in Inquisitiones factorum saepe numero apparet Holz- Stroh- und Licht-Geld. De pecunia pro stramine, cui scilicet reus incubuit, exsoluta, vix dubium erit, quin locum haud habeat, siquidem hoc pecunia dem Sitz-Geld imputatur. De pecunia autem pro lignis, dem Holz-Gelde, distinguendum erit, an, uti nonnunquam fieri solet, lictoribus annuatim aliquid lignorum conventum, ob sic jährl. ein gewiß deputat-Holz haben, an vero minus. *Priori casu*, id, quod ad Inquisitorum carceres calefaciendos requiritur, rationibus non inferendum; *Posteriori casu* autem, iterum dispiciendum forsitan erit, an Praefectura sylvis adiaceat, an vero minus? *Illo casu*, rationibus minime inferi potest, weilen, wie anderen Unterthanen in solchen Fällen gemeiniglich das Lese-Holz verstatet ist, solches auch vor die Inquisiten erlaubt seyn wird: Tum tamen pro opera, haec ligua advehendi pauculum quoddam praestari, aequum fuerit;

Hoc



*Hoc vero casu ex aequo & bono, vel pro circumstantia loci pecunia, das Post-Geld, locum habebit & moderabitur. Pecunia pro candelis s. oleo, Licht-Geld, inter sumtus non necessarios referenda erit, nisi situs carceris ita comparatus sit, ut sine candelis non adiri queat: sicut & tum, quando custodes additi sunt reo, iterum ex aequo & bono praestanda erit modica.*

S. XXII.

Quod attinet das Porto oder Post-Geld, quae pecunia pro Actis, si ad regiminis supremum cancellarium, s. ad dicasteria pro petenda sententia transmissis, solvitur, hac de re in Saxon. clara est dispositio hujus tenoris:

**Friedrich August, König und Churfürst.**

Nath, lieber Getreuer, demnach Wir mißfällig wahrgenommen, daß in einigen Aemtern, mit der Porto-Freyheit derer mit der Post versendeten Inquisitions-Akten verschiedentlicher Unterschleiff und defraudationen Unsers Post-Interesse verübet worden, Wir aber dergleichen alles Ernstes abzustellen gemehnet; Als befehlen Wir hiermit, ihr wollet in Zukunft, und zwar von Michaelis dieses ietzlauffenden Jahres an, das Porto von denen Inquisitions-Akten jedesmal an die Postmeister des Orts, wo solche auf die Post gegeben werden, gegen dererelben mit dem Post-Amts-Siegel bedruckte Quittung, worauf nachgehends der Amts-Actuarius, in was für Sachen ermeldetes Porto eigentlich aufzuwenden gewesen, pflichtmäßig zu annotiren, bezahlen, und diesem Inquisitions-Verlag, nach Befinden, aus der Inquisition Vermögen, oder von den Amts-Untertanen, wo es Herkommens, wieder herbey bringen, in dem Fall aber, da der Fiscus die Inquisitionskosten trägt, dergl. Porto, bis zu Austrag der Sache inmittelst von den Amts-Revenuen Vorschußweise nehmen, und in Rest führen, auch deshalb bey Endigung derer Inquisitions-Sachen passirliche Verordnung erwarten, gestalt wir denn übrigens wegen Anweisung der Postmeister, zu Ausstellung obgedachter Quittung, an das Ober-Post-Amt zu Leipzig das nöthige gleichfalls untern heutigen dato verfüget haben: An dem &c. Datum Dresden am 5. Sept. ao. 1729.





Interim in genere notandum, quod hæc omnia ex Actis demonstrari debeant: Alias non habebunt locum, nec in liquidatione attenduntur. Adde etiam, quod sic dicta sportulæ rescriptiæ & sollicitationis, Befehl Sportul und sollicitations Gebühren, non refundantur, siquidem rescripta in inquisitionibus, quorum sumtus ex Fisco porriguntur, ex officio expediri, & eorum expeditio accelerari debet.

## §. XXIII.

Hæc de Fisco, qui sumtus Inquisitionis Reo paupere fert, dicta sunt. Sed SVBDITI etiam nonnunquam sumtus Inquisitionis ferre tenentur. Ut taceam enim, securitatem eorum ipsam in puniendis delictis, præsertim iis, quæ cives Reipublicæ & Rempublicam ipsam lædunt, versari, adeoque subditos ad expensas necessarias suppeditandas obligatos videri, vid. §. 35. de Pres. Viteberg. subditis quoque nonnullibi pacto, aut observantia onus hoc restituendi sumtus Inquisitionum impositum est. Facile hinc patescit, quod, quia & pactum, & observantia sunt facti, utrumque probari debeat: Immo, eum factum de intentione paciscentium testetur, observantia vero per tritum illud: *Tantum prescriptum, quantum possessum*, ad actus illos, qui observantiam introduxerunt, restringat, sequitur, subditos non ad omnes, sed ad illos, qui pacto aut observantia introducti sunt, sumtus teneri: Sic per pacta seu transactiones alibi, annatim certi quoddam præstant loco census. Alibi, obtingentibus casibus criminalibus solum, aliquid certi, e. g. von jeden Hufe oder Haus 4. pf. it. 8. Pf. ein Drittel oder zwey Drittel; die Helffte; oder wie es hergebracht. Cum autem observantia sit facti, subditi qui alias in thesi ad expensarum criminalium restitutionem se obstrictos confitentur vel convincuntur, talem observantiam probare debent. Quemadmodum vero subditi has præstationes pro parte non raro declinare student, sic frequentissima est distinctio inter expensas criminales & expensas Inquisitionis, Deilliche und schlechte Inquisitions-Kosten; Alii quippe subditi ad sumtus criminales solummodo tenentur. Alii non solum ad has, sed etiam ad sumtus Inquisitionis refundendos obli-



obligati sunt. Sed frequentissima lis est de eo, quinam sunt sumtus criminales, Peinl. Unkosten. Scilicet ut plurimum in libris censualibus reperitur: Daß die Unterthanen die Peinl. **Kosten** zu tragen schuldig: It. daß sie die Peinl. und *Inquisition*-Kosten zu tragen pflichtig: Vel die Unterthanen tragen die **Kosten in Peinl. Fällen**: It. wenn etwas peinl. erkannt ist: it. wenn das **Verbrechen heckermäßig**. Et cum subditi cum Filco, seu eo, qui jurisdictione alta gaudet, non paucis implicari solent controversiis, quanam sunt illæ *expensæ criminales*? seu quinam inter CASVS CRIMINALES sint referendi **peinl. Fälle**? Idem notissimum est, quod expensæ criminales, ex causis, an hæ scilicet criminales sint, nec ne? dijudicare debeant. Doctores Saxonici tantum non omnes eas causas criminales esse reputant, in quibus ad pœnam corporis afflictivam perveniri potest: Excipiunt ergo relegationem, infamiam, privationem dignitatis &c. Mihi vero hæc opinio non ab omni dubio aliena, quin potius ita dicendum videtur: *Toties causam criminalem existere, quoties eo pervenit, ut propter eam vel pena capitalis, vel corporis afflictiva dicitur, & existimatio hominis ob delictum commissum diminuatur.* De iis casibus, ubi pœna capitalis, vel corporis afflictiva locum invenit, minimum restat dubii, siquidem unanimis hæc est Doctorum sententia, sed mirentur procul dubio plurimi, quod causas existimationem vel bonam famam auferentes etiam ad criminales retulerim. At enim vero non una me, ut ad hanc sententiam transeam, invitat ratio. Nam I.) vita & fama pari passu ambulant l. 9. ff. de *Manumiss. Vindic.* l. 7. §. 1. l. 8. §. 2. *Quod metus causa* l. 4. C. de *Malis. & Mathem.* & periculum infamiae æquiparatur periculo mortis l. 9. de *fideicom. lib.* Immo fama plus est custodienda quam oculi, & mortaliter peccat, qui eam non defendit, cap. *non sunt audiendi* sb. 11. qu. 3. l. 104. de *R. J.* Hinc est, quod proverbii loco recitatur: omnia si perdas famam servare memento; Hanc si perdas omnia perdidderis. Convenit hæc sententia II.) cum antiquissima vocis: Pein & Peinl. significatione. Sic enim in glossa ad *art. 59. Jur. Prov. Sax. §. 3.* verba sunt:  
 C 3 Doch



Doch ist dieß falls auch zu entscheiden nachdem als die Klage auf Guth, oder auf leibl. Pein gerichtet ist. Wenn sie nur ein Guth anlanget, mögen sie beyderseits ihnen ein Richter darzu wehlen, ut *C. ut omn. judic. l. nemo*, gienge sie aber an seinen Leib oder Ehren, so soll es allein der oberste Richter richten, &c. *Et in Codice MS. SCHILTERI*: Entweder die Klage ged uf gud oder uf pyne, ged sie uf gud, so mögen sie beyde eynen Richter willekern, ut *C. ut omnes tam civ. l. nemo*. ged aber die Klage uf Pyne: dasß is an Lip oder an Ehre: So muß sie ein obirn Richter richten. ut *C. nequis in caus. sibi. l. i. Causæ pecuniariæ ergo contra, distinguuntur Criminalibus causis*: Et inter has referuntur tam ea, quæ corpus, quam illæ, quæ honorem affligunt. *Accedit III.) Auctoritas ipsius Imperatoris in Constitutione Criminali Carolina, sic art. 104. disponitur*: Aber sonderlich isß zu mercken; in was Sachen, oder derselben gleichen und Kayserl. Recht, keinerley peinliche Straaf am Leben, Leib oder Gliedern sezen oder verhängen, & *art. 110. rub.* peinliche Schmädyng. item: Wo die mit Wahrheit erfunden würden, daß der geschwächt an seinem Leib, Leben, oder Ehren, peinlich gestrafft werden möchte, *re. re. porro art. 113.* oder soll zu peinlicher Straff angenommen, ihm das Land verbothen (*relegatio autem non affligit corpus, sed honorem*) oder an seinem Leib, als mit Ruthen ausgehauen *re. re.* Confirmat hanc Sententiam *IV.) observantia fori & stylus Curia.* In *Ord. Com. Imp. P. II. tit. 28.* Item Nachdem, *ibi*: Dasß hinförter in peinlichen Sachen, die Leibstraffe auf ihnen tragen *re. re.* Ergo alia adhuc causæ criminales dantur, quæ corpus non affligunt, die keine Leibstraff auf ihnen tragen: Et *eod. s. verbis*: Dasß in peinlichen Sachen, auch Leibstraff belangend: *ubi vox*: peinliche Sachen; pro genere sumitur, & Leibstraff belangende Sachen, tanquam (*species ei subordinantur. Probatur V.) ex effectu vocis*, peinlich. Constat enim, quod omnes causæ criminales ad Jurisdictionem superiorem pertineant; vid. *RESPONSUM SCABINORVM VETERVM LIPSIENSIVM*, inter alia juri Provinciali Saxonico adjectum *fol. 206.* jam vero non solum causæ, in quibus poena relegationis statui potest, sed etiam alia,



aliae, in quibus adhuc levior poena locum habet, jurisdictioni superiori vindicantur, neque a Iudice inferiori jurisdictione gaudente cognosci possunt. vid. SCHILTER. *exercit. XLIX. §. 62.* in fine. Idem Effectus est VI.) vocis: Peinlich in salvis conductibus, quibus clausula: *Das er so lange, bis etwas peinliches wieder ihn erkannt, ein frey sicher Geleithe haben solle;* inseritur. Jam vero notissimum est, quod, si sententia reum torturae, vel territioni subjeci debere, judicet, salvus conductus cesset; consequenter aliquid criminalis, etwas peinliches, adsit: licet aequae notorium sit, quod tortura non sit poena, sed medium indagandi veritatem, existimationem ob causam quodammodo imminuens. Quamvis etiam communis Doctorum opinio, salvum conductum tunc, quando relegatio solum est dictitata, non cessare, velit: Id tamen observantia fori contrariari certum est. Concesso enim, quod nonnunquam propter poenam relegationis sententia dictitatum salvus conductus non desinat: Ea duratio tamen non ex ratione, quod relegatio non sit criminalis, procedit, sed plerumque, quia eum, qui salvum conductum impetravit, antea satisfacere oportuit; relegatio autem in poenam pecuniariam facile commutari potest. Fac autem e contrario, Reum notorie pauperem salvum conductum specialem gravibus urgentibus rationibus propter egestatem sine satisfactione impetrasse: Hoc certe quidem casu, quando relegationis poena in sententia statuitur, salvus conductus desinet, & Reus a iudice carceri mancipabitur. Adstipulatur VII.) Jus Romanum, ad quod tacente jure Patrio semper recurrendum, & quod Imperator in O. C. C. art. 105. hoc casu observari jubet. Jam autem notum est, Jure Civili non tantum poenas corporales, sed etiam corpus non affligentes, uti Relegationis, infamiae, inter Criminales recenseri l. 1. pr. C. §. 1. f. ad l. Jul. de Vi priv. l. 2. de publ. judic. §. 2. J. eod. l. 6. §. ult. l. 8. de Penit. l. 2. §. ult. de l. Jul. de annon. l. 4. §. 5. §. l. pen. ff. ad l. Jul. pecul. vid. CARPZ. Pr. Crim. qu. 102. n. 28. ibique allegati Auctores. Et in SAXONIA tandem loco probationis hujus sententiae VIII.) citari potest titulus *System. Jur. Sax. p.*



307. von Urtheil in peinlichen Sachen/ die auf Geld-Straf-  
fe gerichtet seyn. vid. SCHILTER. *Exerc. XLIX.* Adeo ut hic  
etiam causæ, in quibus saltem pœna pecuniaria inferri potest,  
pro criminalibus reputentur, multo magis ergo, ubi pœna  
existimationis afflictiva inferitur.

## §. XXIV.

His suppositis sua ipse exinde consequitur, & relegatio-  
nem, & pœnam infamiæ, & pœnam privationis dignitatis, &  
pœnam, condemnantem reum ad opera publica, seu metalla,  
ad triemes, ad ergastula, auf den Bau, Galeren, in das Zucht-  
Haus, &c. esse criminalem, peinlich, (praesertim cum nonnulli  
harum pœnarum corpus simul affligant, e. g. wenn einer in  
das Zucht-Haus gebracht wird, bekömmt er den Willkommen)  
prout ex hac ratione & causa ipsa est criminalis, siquidem  
in omnibus his causis existimatio, seu fama sugillatur. Quin-  
Imo, cum omnis inquisitio specialis maculam inuret, ideoque  
ad evitandum existimationis periculum, cautela loco trada-  
tur, ut reus honoratioris conditionis, cujus famæ parcendum  
est, non ad articulos inquisitionales, sed ad interrogatoria,  
siber Frage-Stücke, examinetur, & non Inquisit, sed Inculpat  
vocetur, vid. LVDÖV. *Peinl. Proc. c. 4. §. 2.* & BERGER *in ec.*  
*Jur.* inde aliud consequens est, quod, quoties reus ad artic-  
ulos inquisitionales respondit, toties causa Criminalis facta est.  
Probatur nobis sententia hæc eo magis, quod, licet, reo ad  
artic. inquis. examinato, non semper pœna corporis seu exi-  
stimationis afflictiva sequatur, hoc ipso tamen diminutio fa-  
mæ non effugitur, & prout §. *præc.* monitum est, etiam causæ,  
quæ pœnis pecuniariis coercentur, ad Jurisdictionem supe-  
riorem, alias omnes causas Criminales comprehendentem,  
referuntur. Imo non incongrue suspicamur, inde evenisse,  
ut, titulus §. *præc.* recensitus, *system. J. Sax. Kling.* ap. SCHIL-  
TERVM inferretur sit.

## §. XXV.

Paucos sententiæ hæctenus in §. 23. propositæ habeo con-  
sentientes; duos hoc nomine allegasse mihi sufficit, scilicet  
MATTH. STEPHANI *in Comm. ad C. C. in præm.* & SCHIL-  
TERVM



TERVM *Exerc. 49. §. 61. sqq.* Multi contra dissentiunt, quod  
 um agmen ducit CARPZ. *Pr. Cr. 9. 102. n. 43. sq.* Agendum  
 videamus illorum rationes. Objicit CARPZOVIVS *d. l. n. 44.*  
 I.) quod, quando vox: *Peinl. de levioribus pœnis, quam*  
*quæ corporis afflictivæ (unt, dicatur, tunc hoc non fiat ex*  
*propriate, & genuina & significatione vocis: Peinlich,*  
*sed per consequentiam, & cognationem quandam, quæ est*  
*delictorum & criminum omnium communis. Sicut & ex*  
*pœnæ capitales dicantur, quæ corpus non affligunt. II.) quod*  
*art. 197. C. C. C. causæ criminales definiantur illæ, ex quibus*  
*pœna corpori extrinsecus infligitur, welche an Leib und Leben*  
*gehen; III.) quod hoc ulterius pateat ex art. 177. C. C. C. verbis:*  
*Ist peinlich zu straffen: & paulo post: Wie solches an Leib und*  
*Leben soll gestraffet werden: it. art. 178. Ist peinlich zu straffen*  
*junct. verb. fin: Darum sollen solch Straff halber die Urthei-*  
*ler, wie hernach stehet, Rath pflegen, wie die an Leib und Le-*  
*ben gebühret. Habere hoc IV.) Jure Sax. minimum dubii*  
*per L. 1. a. 32. J. Prov. Sax. Quod cum velit in omnibus*  
*actionibus, in quibus pœna litiganti datur, etiam judici mul-*  
*ctam persolvendam esse, necessario inde sequi, illam actio-*  
*nem, in qua judici multa solvitur, non posse dici criminalem,*  
*siquidem alias eadem actio ex parte criminalis, ex parte vero*  
*civilis foret. Quod tamen absurdum. Accedere V.) Gloss.*  
**Weichb. a. 17. post pr. in verb:** *Peinliche Klage ist anders*  
*nichts, als da man fordert von dem Bruchhafften seine Pein,*  
*und keinen Abtrag noch Busse. Tandem conformem esse VI.)*  
*Const. Prov. D. AVGVST. d. a. 1515. sub rubr: Daß peinliche Sa-*  
*chen, dadurch das Leben verwircket ist, nicht bürgerlich gemacht*  
*werden sollen; verb. Nachdem wir auch berichtet, daß mehr-*  
*mahls peinliche Sachen, dardurch das Leben verwircket, in*  
*Geld Straffe und in andere Wege bürgerlich gemacht, erör-*  
*tert, und verglichen r. r. & in f. verb. zu einiger Geld, oder an-*  
*derer Straffe kommen, noch sonst bürgerlich werden lassen solle.*  
 Addit VII.) *coronidis loco communem Dd. assensum.*

§. XXVI.

At enim vero, non satis idoneis fundamentis prædictas  
 rationes superstructas esse autumo. Namque ad I.) maxime

D ob.





obscura est illa ratio: Quid enim per consequentiam, & cognitionem quandam delictorum omnium peius esse debet? Certe quidem ex hactenus deductis luculentius patet, genuinam & antiquam esse vocis: peius, significationem, quando de causis, & pœnis capitalibus, corporis, & existimationis afflictivis prædicatur. Neque obstat, quod capitales etiam dicantur causæ, mortis pœnam non inferentes. Quid enim tum? Patefecit ex hoc, Jure Rom. etiam hunc verbi Capitalis usum fuisse. Præterea autem exinde nihil inferri potest. Ad II.) in a. 177. C. C. allegata CARPZOVIANA minime omnium reperiuntur; quæ nostræ sententiæ etiam neutiquam obstant, siquidem nunquam negaverim, vocem: Weislich & de pœnis capitalibus, corporisque afflictivis accipi. Unius positio autem non est alterius exclusio. Idem respondendum est III.) probationi ex a. 177. desumptæ. Adhuc, quod ibi de eo, qui delinquentes ope, auxiliis, consiliisve juvat, sermo sit, & quod ille criminaliter puniri debeat: Ist peius zu straffen. Jam vero non solum vulgatissimum est, sed & ex hoc ipso *Art. 177.* paulo post, verb: in einem Fall anders, als in dem andern, patet, quod pro ratione delicti, & ejus atrocitate is, qui opem, consilium, auxiliumve tulit, modo lenius, modo atrocius puniatur. Iterum ergo verum est, quod, quoad verba sequ: Wie solches an Leib oder Leben soll gestrafft werden, unius positio non sit alterius exclusio. Nonnunquam enim accidit, ut delictum ipsum majorem, quam relegationis, aut pecuniariam pœnam non mereatur: Et tunc neque ille, qui opem, consilium, auxiliumve tulit, gravius erit plectendus. Quoad *art. 178.* tantum abest, ut nobis contrarietur, ut potius sententiam nostram corroboraret. Loquitur enim Imperator h.l. de pœna Criminis attentati, & delictum attentatum, seu conatum, criminaliter puniri debere: Ist peius zu straffen, NB. aber in einem Fall härter als in dem andern, angesehen Gelegenheit und Gestalt derer Sachen. Quare addit: Darum sollen solcher Straff halber die Urtheiler, wie hernach stehet, des Raths pflegen, wie die an Leib oder Leben zu thun gebühret. Jam vero ex hoc *art. &* alibi notum est, quod conatus ad delinquendum, etiam si ad actum proximum

per-



pervenisset, gravius non puniatur, quam delictum ipsum: Ut taceam, cum, quando in actu remotiori tantum subsistit, lenius etiam puniri. Fingas ergo, delictum ipsum graviori, quam relegationis, vel pecuniaria poena coerceri non posse: Ergo & conatus, si minori, tamen & graviori poena coerceri nequit. Et tamen conatus est, qui criminaliter puniatur, der peinlich gestrafft werden soll. Quamvis etiam verba: Wie die an Leib oder Leben zu thun gebühret, adjecta sint: Responsio tamen est in promptu, quod unius positio non sit alterius exclusio, sicut & in interpretatione harum legum semper tenendum est, quod argumentum ex ipsis Legis verbis desumptum semper fortius sit, quam quod per consequentiam ducitur: Ut taceam, apprime etiam verba *art. 198.* Wie die an Leib u. de iudicibus accipi posse, & ita explicari, quod iudices in causis delicti attentati, circa passum poenae in illud irrogandae, consilium peritorum expetere debeant, prout illi in causis capitalibus, & corporis afflictivis facere jubentur. Adeo ut exinde adhuc fortius argumentum pro nostra opinione duci queat.

## §. XXVII.

Neque Jur. Sax. IV) obstant in *L. III. a. 32. f. Prov. S.* verba: Auf wen der Kläger Wehr-Geld oder Buße gewinnet für Gerichte, auf den hat auch der Richter sein Gewette genommen, ob er es forden will: Apparet enim, sermonem hic esse de actionibus civilibus, non de criminalibus accusationibus, siquidem de vindicanda libertate, de vindicandisque servis loquitur. Sed concesserim forte etiam, Jus Saxonicum d. I. de accusationibus, non de inquisitionibus intelligendum erit, uti apertissimum est. Neque incongruum est Jur. Sax. quod actiones quaedam sint mixtae, qua & iudici multa solvitur, & actori satisficit. Sic in actione ad Palinodiam & satisfactio actori danda, & iudici luenda est poena, SCHILTER. *Ex. 49. §. 31.* Imo ex ipso *L. III. a. 32. inf.* patebit. conf. GLOSS. *d. l. add. L. III. a. 45. & GLOSS. lit. b.* und diese 30. Schillinge giebet man einem ieden vor seine Injurien, und dem Richter sein Gewette, das sind 30. Schilling Pfennige. *Lib. I. art. 51. lit. g.* (in Gloss. verbis: Et



muß ihn mit Büßen wieder von sich lassen &c. und den Richter seine Wette geben &c. *Lib. II. art. 8. verbis: Er muß dem Richter darum wetten, und jenen seine Buß geben, ibique Gloss. L. II. art. 65. in glossa n. 8. verbis: Er muß die peinliche Klage, darzu er das gestuffte gebraucht, mit einem Wech-Gelde verbüßen, wie auch der Burg. Ad V. inter actiones criminales illas, in quibus poena relegationis, infamiae &c. datur, connumerandas esse, vel ex ipso art. 17. allegat. Weichb. verbis: und keinen Abtrag, noch Buße: patet. Ejusmodi enim poenis non multam exsolvi, nec aetori satisfactionem, sed publico praestari, constat. Admodum mutilum denique est VI.) Argumentum ex *Const. prov. d. no. 1555. desumptum. Quemadmodum enim ibi abusus capitur & interdicatur, mortis poenas in poenas pecuniarias aliasque transmutare (est enim haec usurpatio quaedam juris aggratiandi territorialis.) Ita expresse ponitur: Peinliche Sachen, dadurch das Leben verwürcket &c. ad distinctionem aliarum causarum criminalium, anderer peinlichen Sachen, dadurch das Leben nicht verwürcket wird. Immo absurdi quid securum erat ex interpretatione hujus legis Carpzoviana, sc. quod nullae causae dici possint Criminales, peinlich, nisi quae mortis poenam inferunt. Non ergo causae, quae poenam corporis afflictivam merentur. Id quod tamen neque ipse CARPZ. neque alius unquam statuere voluit. Ceterum notandum erit, quod etiam causas Criminales civiliter in judicium deducere non insolitum fuerit. vid. *LR. art. 16. lib. II. Gloss. n. 10.* Non est ergo VII.) quod multitudo Doctorum nos, in CARPZOVII sententiam transire, inducere, possit, satis enim hactenus, hanc opinionem validis rationibus deslitutam esse, demonstratum est.**

§. XXVIII.

Futores fuimus in enucleanda vera significatione vocis: Peinlich. Sed juvat fuisse, usus enim hujus observationis non exiguus est. *MYNSING. Obs. 41. P. IV. & BEVST. de jurejurando L. I. no. 193.* jam usum aliquem hujus observationis invenisse crediderunt, vid. *SPEIDEL. Obs. Hist. Pol. Jurid. Lit. P. voce: Peinlich.* Sed major usus in eruendis subditorum praestationibus expensarum criminalium. Cum enim  
libris



libris censuabilibus, uti supradictum, clausula non nunquam inferatur: Daß die Unterthanen die peinlichen Kosten: vel: Die Kosten in peinlichen Fällen zu tragen schuldig: jam facile: ex observatione hactenus proposita judicari poterit, quænam sint causæ criminales, expensæve criminales. Quamvis vero etiam, quod ad hanc Thesin attinet, æque, ac quoad sententiam ante defensam, plurimos habituri simus dissentientes; nec fori observantia nobis consentanea sit, juvabit tamen adjicere præjudicia quædam hanc materiam concernentia, qualia sequentia duo sunt:

**Unser freundlich Dienst zu vorn 2c. 2c.**

Als dieselben 2c. 2c. demnach 2c. 2c. daß iezgedachte Städte mit Entrichtung derer peinlichen Unkosten, wenn die Peinlichkeit nicht würcklich vollstreckt worden, zu verschonen, &c.

**Churfürstl. Sächsische Schöppen zu Leipzig.  
RATIONES DECIDENDI.**

Ob wohl angeführet werden möchte, daß da die vier Städte nicht in Abrede seyn können, daß sie die peinlichen Unkosten zu entrichten verbunden, selbige auch in denenjenigen Fällen, da auf eine Peinlichkeit erkannt, diese aber per gratiam Principis in das Zucht-Haus verwandelt, oder der Inquisit von deren Vollziehung verstorben, abzuführen schuldig wären, &c. Dieweil aber dennoch die peiml. Unkosten als ein odiosum auf andere Fälle, da keine Peinlichkeit vollstreckt, nicht zu extendiren, die terricio verbalis aber vor keine Peinlichkeit zu halten. So ist &c.

**Unser freundlich Dienst zuvor 2c.**

Als dieselben uns Leuterungs-Schrißten &c. Demnach &c. Daß es derer eingewenneten Leuterungen ungeachtet bey dem am 30. Maji des 1725ten Jahres eröffneten und fol. 58 seq. Vol. sub B. befindlichen Urthel billig bleibet, iedoch was derer Syndicæen obbemelter Städte Leuterung betrifft, mit der Erklärung, daß unter dem Worte: Peinlichkeit, auch die Tortur und Terricio realis, wenn solche würcklich vollstreckt wird, zu verstehen, V. N. W.

**Dechand/ Ordinarius, auch andere Doctores und Assessores der Juristen-Facultät in der Universität Wittenberg.**



Quæ posterior sententia postea in summo Appellationum Senatu Dresdensi ita reformata est, ut subditæ non nisi eo in casu, quando propter patratum delictum corporis afflictiva dictitata, & executioni data est, sumtus Criminales ferre te- neantur: Neque sub voce: Peinlichkeit, tortura aut territio verbalis, licet realiter peracta sit, intelligi debeat.

## §. XXIX.

Hac ergo in causa ea demum causa criminalis judica- ta fuit, ubi pœna corporis afflictiva dictitata & executioni data est: non æque quando tortura solum in sententia sta- tuta, licet etiam reus ei actualiter subjectus sit. Sed ex iis, quæ supra monuimus, patet, torturam injunctam omnino causam reddere criminalem. Et quin tortura aliquid sit cri- minalis, etiam peinliches, nemo negabit. Aliter ergo ju- dicatum est in aliâ causa, quare præjudicium inserere operæ pretium duxerim:

In Appellation Sachen &c. erkennen &c. daß &c. unter denen in dem Erb-Buche erwähnten Unkosten, auch diejenigen, so in Fällen, in welchen die erkante Peinlichkeit, oder Leib oder Lebens-Straffe, in eine Geld, Zucht-Haus, Bau oder Gefängniß- Straffe verwandelt worden, oder ein solcher Mißthäter, welchen dieses zugesprochen, in der Hoffi versterben, oder er sich deren durch die Flucht entlediget, aufgegangen, zu verstehen, &c. B. N. W. Eröffnet zu Dresden am 3. Sept. 1731.

## RATIONES DECIDENDI.

Die weilen zu denen in diesem Urthel erwähnten Fällen eben so wohl Unkosten angewendet werden müssen, als wenn die Leib- oder Lebens-Straffe wirklich an dem Inquisito wäre vollstreckt worden, die Gnade auch, so denen Inquisitis durch Erlass oder Ver- wandelung der Leib- oder Lebens-Straffe, in die Zucht-Haus- Bau- oder Gefängniß-Straffe, dem Felco nicht zum Nachtheil gereichen mag &c.

Auf Leuterungs-Schrift &c. Erkennen &c. Daß es eingewendeter Leuterung ungeachtet bey Unsern jüngst-eröffne- ten Urthel billig bleibet, jedoch was das dritte Gravamen betrifft, mit dieser Erklärung, daß unter denen in dem Erb-Buche erwähnten Unkosten auch diejenigen, so in Fällen, in welchen die er-  
kante



Landte Peinlichkeit, oder Leib- oder Lebens=Straffe, dem Missethäter auf beschehenes suppliciren gänzlich erlassen wird, aufgangen zu verstehen. B. R. W.

Eröffnet zu Dresden am 30. Januar. 1732.

§. XXX.

Et quamvis in causa §. antec. memorata eam demum causam criminalem esse reputatum sit, in qua non solum poena corporis afflictiva dictitata, verum etiam actualiter executioni data est: Memini tamen etiam alio loco aliter fuisse iudicatum scilicet in causa subditorum in L. contra Dominum jurisdictionis C. de W. ubi subditi ex libro censuali, quem agnoscebant, verbis: alle und jede Inquisitionen sumtus ferre & restituere tenebantur, debitamque hanc praestationem sibi incumbere confitebantur; Eo vero in casu, quando poena capitalis vel corporis afflictiva vi Juris aggratiandi a principe in condemnationem ad opera publica, ergastula, vel poenam pecuniariam transmutabatur, sumtus inquisitionis ferre recusabant; hocque ex capite Dominum suum conveniebant. Hic vero iudicatum est: Daß Befehl. (Dominus jurisdictionis) das angezogene Befugniss zu erweisen nicht schuldig, sondern es hat dßfalls Kläger (subditorum) Suchen nicht statt.

§. XXXI.

Ex praedictis ergo haecenus adductis nova oritur quaestio: An subditi, (qui, quod praesupponendum est, alias expensas criminales die peinliche Unkosten ferre & restituere tenebantur) eo in casu, quo Princeps poenam capitalem, vel corporis afflictivam in aliam poenam leviolem, vi Juris aggratiandi, transmutat, expensarum Criminalium restitutionem decretere possint jure? Mihi placet negativa 1.) enim jus aggratiandi, sive commutatio poenae gravioris in leviolem, causam criminalem, qualis ex poena illi causa legibus statuta cognosci debet, uti ipse CARPZ. reliqua ubique fere dissentiens. Pr. Cr. qu. 138. no. 2. fateri cogitur, nunquam redit non criminalem: sed, non obstante jure aggratiandi ex post accedente, causa manebit semper criminalis, qualis ante fuit. Neque Princeps 2.) jure aggratiandi, juri sibi qua-

sito



sico renunciare voluisse praesumitur: neque 3) gratia sua, de-  
linquenti impertita, tertio e. g. Domino jurisdictionis patri-  
monialis, ejusque in subditos quaesito juri, praedjudicare, idque  
imminuere potest, aut vult. Notissimum potius est 4.) quod  
gratia Principis in aliquem redundans, sicut tertio nec no-  
cere, ita tertio nec in simili aut diversa causa prodesse queat.  
Imo subditi 5.) hac de re conquerendi justam non habebunt  
causam, probe secum perpendentes, quod, si ad executio-  
nem poenae Capitalis, vel alius dictatae perveniret, ut pluri-  
mum expensae augeantur, quas tamen sine contradictione  
ferre & restituere tenentur. Memini hanc in sententiam  
specialiter rescriptum esse, cum subditi praefecturae cujusdam  
eo in casu, quo poena capitalis vel corporis afflictiva dictata,  
executioni vero actualiter data non erat, sumtus crimi-  
niales, quos alias in peinlichen Fällen ferre tenebantur, decre-  
tabant. Verba Rescripti erant hujus tenoris:

**Friedrich August, König und Churfürst etc. etc.**

etc. etc. ersehet ihr des mehrern, wie N. N. sich der Abtragung  
derer Inquisitionskosten dieserhalb verweigert, weil die N. N.  
in puncto adulterii zuerkannten Staupen-Schläge in eine Züch-  
tigung mit Ruthen im Gefängniß verwandelt worden, die auf-  
gelauffenen Inquisitionskosten aber nach Maßgebung eines etc.  
gesprochenen Rechtskräftigen Urtheils, von ihnen anderer gestalt  
nicht gefordert werden möchten, als wenn die Peinlichkeit, vor  
dergleichen die Züchtigung mit Ruthen nicht zu achten, würcklich  
vollstreckt worden. Allermassen Wir nun die angezogenen  
Verweigerungs-Ursachen von keiner Erheblichkeit befinden; So  
begehren Wir hiermit gnädigst etc. daß er dieselben zu Abtragung  
derer liquidirten auf der N. Inquisition gegangenen Unkosten,  
wenn dieselben unserer Tax-Ordnung gemäß, moderiret, anhat-  
ten solle, etc. Dresden, am 3. Julii 1734.

§. XXXII.

Contrariam sententiam tuetur CARPZ. Pr. Cr. III. qu. 138.  
no. 73. § 74. ex mutila, & vulgari illa ratione, quod odiosa  
sit haec consuetudo, juri communi contraria, qua subditi ad  
restitutionem expensarum obstringuntur; odiosa & juri  
communi contraria autem esse restringenda. Verum re-  
spon-



sponſio eſt in apriſco: 1.) enim hæc conſuetudo haud quaquam  
 eſt contra jus commune, ſiquidem nullibi eſt prohibita: Multo  
 magis in doctrina de pactis & conſuetudine fundatur. 2.)  
 Falſum hic latitat præſuppoſitum, quod ſcilicet conſuetudo  
 & jura patria ex jure Romano ſint declaranda, & quidem re-  
 ſtrictive, quo minus illi contrarientur, cum tamen ſecundum  
 ſaniorẽ Philoſophiam Jus Romanum ſit tantummodo ſub-  
 ſidiarium, ad quod, deficientibus juribus patriis & conſuetu-  
 dine, recurrentum: Minime vero pro fonte declarationis pa-  
 trii juris accipiendum. 3.) Aequè verum eſt, quod odioſa  
 ſint reſtringenda, quam, quod favorabilia ſint extendenda.  
 Jam vero per ſe patet, quod a parte ſubditorum hæc conſue-  
 tudo, vel pactum, ſit odioſum; ex parte Domini Jurisdictionis,  
 vel Fiſci, favorabile, idque adhuc ſecuritati publicæ con-  
 ſervandæ innixum. In cujus ergo favorem ejuſmodi con-  
 ſuetudo vel pactum vel extendendum, vel reſtringendum e-  
 rit? 4.) Regula hæc de interpretatione odioſorum reſtrictiva  
 ſolummodo tunc procedit, quando alter de lucro captando,  
 alter de damno vitando certat. Jam vero ex ipſa rei natu-  
 ra pateſcit, quod fiſcus, ſeu Dominus jurisdictionalis hic ni-  
 hil lucretur, ſiquidem expenſas cuique exſolvit; nihilque ap-  
 pud eum remanet. Multo magis ergo hæc conſuetudo, hæ-  
 que præſtationes ſubditorum, nonnunquam liberis cenſuali-  
 bus inferæ, ex genuina ſignificatione, quæ antiquis adeo le-  
 gibus reſpondet, vocis: *Peinlich*, it. in *Peinlichen Sâllen*;  
*Peinliche Koſten*: interpretandæ erunt. Quæ ipſa interpreta-  
 tio eſt declarativa. Non vero extenſiva aut reſtrictiva.

§. XXXIII.

Falſi hujus principii CARPZ. *d. l.* adhuc plures habet fal-  
 ſas concluſiones, e. g. ſubditos non teneri ad reſuſionem ex-  
 penſarum criminalium, quando reus vel torturam perpeſſus  
 nihil tamen conſeſſus, vel fugitivus ſit, & ad Bannum (ſiquidem  
 Proceſſus Bannitorius ſine dubio etiam ſit criminalis) adver-  
 ſus ipſum procedatur, vel ante executionem vitam finiuerit,  
 vel ſibi met ipſi manus impias intulerit: Quemadmodum ve-  
 ro deſtructo principio, ſuapte enervantur concluſiones; Ita  
 ſuſiori reſutatione ſuperſedemus: Et verius contrariam ſen-



tentiam rationibus validis defendimus: Quia 1) causæ criminales, quarum expensas (id quod subintelligimus) subditi refundere obstricti sunt, his omnibus casibus alterari, & in non criminales transmutari nequeunt; sed quæ semel est causa criminalis, talis semper manet. 2.) Quia subditi minus expensarum hic restituunt, quam quando ad executionem pœnæ ordinariæ & legibus statuta perventum fuisset. Si quidem 3.) & hic procedet regula: Qui vult majus: vult etiam minus.

## §. XXXIV.

Subjiciemus etiam huc pertinentem quæstionem: An scilicet juri exigendi a subditis restitutionem expensarum, a Domino contra subditos affirmative; & a subditis contra Dominum negative præscribi possit? Per totum affirmanda erit: per juris notoria principia? Sed id disputari solet: Quodnam tempus & quotnam actus ad præscriptionem Domini contra subditos requirantur? Mihi quidem etiam unus actus, quo subditi sine contradictione expensas criminales refuderunt, & ex illo tempore per triginta annos, annum & diem in Sax. acquiescunt, nec remurmuravere, sufficere videtur. Ejusmodi enim actus jurisdictionis, præsertim in jurisdictionibus patrimonialibus & præfecturis minoribus, rarius, & nonnunquam vix intra quinquaginta, imo centum annos semel occurrunt. Quare forte iniquum foret, Dominum jurisdictionis jus suum semel quæsitum & acquiescentia subditorum confirmatum propter deficientem occasionem jure suo utendi amittere debere. Excipio tamen quod, si tantum unus actus ad fundandam præscriptionem allegari possit, subditi que eum actum fuisse singularem, seque refusionem tum temporis non prout debitam, sed singularibus inducti circumstantiis: (e. g. quia jurisdictionalis multas calamitates perpeffus fuerit, ipsi que illi subvenire voluntæ præstitisse regerant, subditi audiendi sint. Similiter unum actum etiam ad præscriptionem harum præstationum contra Dominum sufficere æstimamus, scilicet si Dominus refusionem Expensarum à subditis poposcerit, subditi vero oblocuti sint, & Dominus postea, per tempus legitimum acquievit: sine distinctione, an post subditorum contradictionem occasio repetendi Expensas criminales à subditis in-

tra



tra hoc tempus denuo extiterit nec ne? Hic enim ex parte subditorum est jus negativum: Notum vero, quod in negativis contradictio patientis & acquiescentia dominantis ad prescriptionem requiratur. Inde consequitur: Quod si Dominus intra tempus ad prescriptionem requisitum, quia occasio non fuit, praestationes has à subditis non petiit: Ideo tamen praescriptio nondum opponi queat, (non valenti agere enim non currit praescriptio) imo neque tunc, quando Dominus occasionem quidem habuit repetendi Expensas criminales à subditis, neque tamen petiit, praescriptio objici poterit, nisi subditi simul contradictionem factam esse, demonstraverint; Est enim res merae facultatis.

§. XXXV.

In Saxonia quoad praefecturas notandum, quod praefecti, quia eorum nonnulli antea saepius sub hac specie pecuniam à subditis extorserant, & se ditare intenderant, Expensas à subditis, qui tamen eos refundere tenentur, repetere nequeant, neque repartitionem facere, nisi impetrato ante Rescripto ex Camera: Sie dürfen ohne Verordnung aus der Camera keine Anlage zu Ausbringung derer aufgelauffenen Kosten machen; Excipio casum, quo subditi ipsi repartitionem faciunt, & pecuniam focariam s. Expensas ad Restitutionem conferunt, id quod est consuetudinis. Scilicet liquidare debent ante omnia praefecti Expensas criminales s. Inquisitiones: Liquidationes, cum Apostolis, transmittunt ad Cameram: Ubi moderatio fit; & liquido constituto, praefecto injungitur, ut repartitionem faciat, & expensas à subditis repetat. Daß er eine Anlage mache, und sie von denen Unterthanen eintreibe. Modus repartitionis varius est, & observantiae cujusque praefecturae relinquitur. Et sic nonnullibi die Anlagen hant nach denen Hüfen: Alibi nach denen Güthern und Häusern. Alibi nach dem vollen Mann. Alibi: nach denen Personen, oder der Mannschafft. Alibi: nach denen Feuerstädten. Alibi: nach Anleitung derer Acker-Leuthe. Alibi: nach der Landschaft. Alibi: nach denen Hüfen. Alibi: nach denen Quatember-Steuern. Alibi: Conventio adest: e. g. in Preysch, wo die Stadt ein Drittel und die Amts-Dorffschaffen 2. Drittel geben,



ben, it. 3. Drittel das Amt, 1. Drittel der Rath, 1. Drittel die Amt-Dorffschafften. Alibi: nach denen Lehnen. Alibi: nach denen Steuer-Schocken.

§. XXXVI.

Non inutile fuit adhuc disquirere: An erectio patibuli &c. Die Aufrihtung Galgens und Rades, Erbauung eines Rabensteins, bey dem Verbrennen der Scheiter-Hauffen, und Stroß; bey dem Säcken der Sack, & similia ad Expensas criminales referri & restitui debeant? de Reo, quin has Expensas per deducta refundere teneatur, nullum dubium est; Quia culpa ejus hæ Expensæ necessario fiunt. Neque obstat, quod uti CARPZ. Pr. Cr. qu. 138. statuit, signa Jurisdictionis Magistratus suis sumtibus edere debeat. Quemadmodum enim ejusmodi signis jurisdictio neque acquiritur, neque conservatur, sed aliojctulo opus est; Ita sine rei culpa magistratus, sive Dominus Jurisdictionalis, ejusmodi signis nequaquam opus habiturus erat. An vero subditi, qui, quod præsupponimus, ad expensas criminales obstricti sunt, etiam has expensas quæstionis restituere tenentur? Nullum certe alicujus momenti dubium hæret: siquidem hæ expensæ certissime ad criminales referendæ sunt; sed etiam hic applicanda venit regula, qui vult finem, vult etiam media ad finem perducantia. Neque obstat **L. R. art. 59.** siquidem hic textus eo de casu, quando per observantiam subditi ad expensarum refusionem non tenentur intelligendus erit. Contra ea vero nego quod carceris publici, der Frohn Beste, extractio neque rei, neque subditorum sumtibus fieri debeat. Idque ex ea ratione, quia reus vel subditi solvunt hoc nomine das Sige-Geld, quæ pecunia licitoribus, tanquam accidentiæ, in partem salarii imputari solet. Excipitur tamen casus observantiæ.

§. XXXVII.

Quisque autem facile concesserit, quod, si subditi præstationem expensarum criminalium in thesi agnoverint, & confessi sint, in hypothesi vero exceptionem fecerint, illi hanc exceptionem probare debeant. Sic observantia teste subditi quidam ad restitutionem expensarum Criminalium, tum de-



demum tenentur, quando delictum sub jurisdictione domini sui jurisdictionalis patratum est. Alii tum demum, quando poena capitalis. Alii, quando poena capitalis aut corporis afflictiva; Alii non solum, quando poena capitalis aut corporis afflictiva, sed & quando poena relegationis dictitata. Alii quando poena actualiter etiam, & quidem sub sui domini jurisdictione executioni data est. Alii iterum in delictis, quando aliquis laesus est, e. g. in homicidio, furto, falso &c. tantum, uti Vitebergae observantia esse traditur. Quemadmodum autem hanc determinationem in hypothese vel observantia vel pacto fundatam esse debere certum est, ita si subditi in thesi affirmant, hanc restrictionem probare debent.

§. XXXVIII.

Alia adhuc quaestio subjicienda erit: Saepius scilicet accidit, ut subditi unius praefecturae quidem expensas criminales, hac tamen cum restrictione ferre teneantur, ut subditi unius cujusque loci expensas criminales delictorum in terris sui loci patratum restituant. Einge enim, oppidulum, & praeterea alii pagi, jurisdictioni superiori Praefecturae subsunt. Omnes subditi ad restitutionem expensarum obligati sunt. Per pacta aut observantiam vero introductum est, subditos oppiduli ad sumtus criminales, qui in delictis in territorio uniter der Stadt Weichbild patratu reliquos autem praefecturae pagos ad sumtus Criminales, qui in delictis extra oppiduli territorium aufferhalb sub praefecturae jurisdictione patratu expensi sunt, refundendos teneri. Jam vero est casus quod quis in confinio oppiduli territorii deliquerit e. g. zwey duelliren auf der Gränze der Stadt Weichbild und der übrigen Amts-Jurisdiction, einer steht vielleicht auf der Stadt Weichbild, der andere auf eines andern Amts-Dorffes Fluhr? quis tum restituet expensas: An oppiduli subditi an vero subditi reliquorum pagorum? Mihi quidem ita videtur: Si casus expeditus est: Utrosque subditos dimidiam expensarum partem ferre teneri? Quod etiam tunc, quando casus est adhuc dubius, ob nehmlich einer auf der Stadt Weichbild, der andere aber auf eines andern Amts-Dorffes Fluhr bey dem Duell gestanden? procedere puto.

§. XXXIX.

Non infrequens est, Fiscum saepius terras quasdam & pagos alienare, tituloque ad transferendum habili ad alios privatos transferre, cum jurisdictione superiori omnibusque juribus. An non tum etiam jus repetendi expensas criminales à subditis (qui eas restituere tenentur) ad novum dominum translatum erit? Neque in dubio id praesumi, neque fiscus meo quidem judicio id facere potest. Subditis enim reliquis, qui ad expensarum restitutionem obstricti sunt, tunc majus imponetur onus & rata pagorum alienatorum in ipsos devolveretur. Quemadmodum vero subditis ad has praestationes obstrictis jus quaesitum est, ut omnes, qui haecenus contribuerunt, adhuc porro contribuant; & multitudi- ne contribuentium onus hoc faciliteretur: Ita jus hoc quaesitum nemini subdito- rum auferri poterit. Immo: quod si fiscus expressis verbis ejusmodi pagos cum jure repetendi expensas criminales transtulerit ad alium, Fiscus quidem emtori praestare tenebitur promissa: Insimul tamen etiam imposterum quando casus criminales obtingunt, pagorum, cum hoc jure alienatorum, ratam ad res-  
titu-





stitutionem expensarum Criminalium ex proprio conferre obligatus erit, nec licet reliquis subditis, jure suo quæsitò ablato, gravior molestia obtrudatur.

s. XL.

Quia vero sæpius fit, ut certi cujusdam Præfecturæ subditi annuatim certi quid loco expensarum Criminalium Fisco solvant: reliqui vero tum demum, quando Casus criminales obtingunt, contribuant, & pro rata restituant: Jam oritur quæstio: Quo modo repartitio facienda sit? Res dubio caret: Repartitio enim fit secundum observantiam repartendi utique introductam; Rata autem illorum, qui certi quid annuatim præstant ad Fiscum securura erat.

s. XLI.

Per modum Commissionis etiam nonnunquam inquisitio delicti in Præfectura quadam, ubi tamen reliqua, neque forum delicti, neque domicilii, neque deprehensionis est, instituitur. Forte quia in foro deprehensionis non sunt carceres vel tamen non idonei, weilu vielleicht die Frohn-Weise alt, unbrauchbar, oder gar eingegangen ist. An hoc casu illius præfecturæ, ubi inquisitio hæret, subditi, ad expensas Criminales hætuendas obligari possunt; An vero hoc onus subditis fori delicti, aut fori deprehensionis incumbet? Certe quidem subditis illius præfecturæ, ubi inquisitio vi Commissionis instituta est, novum hoc onus imponi nequit tanquam qui nullo ex capite ad refundendas expensas Criminales tenentur. Sed restitutio hæc expensarum ad subditos fori deprehensionis pertinebit. Fortissimum enim est forum deprehensionis adeo, ut remissionem ad judicis delicti petita neque facere teneatur, neque judice delicti remissionem delicti non petente, reum ejusque inquisitionem huic posteriori obtrudere possit. Et dic quæso, cur subditi alii, aliorum subditorum onera, ex defectu Carceris ferre debent? Cum tamen alias ad expensarum restitutionem semper obligati sint. Aliter plane sese res habet, quando subditi fori deprehensionis restitutionem expensarum Criminalium non faciunt. Tum, enim quamvis alias subditis fori in quo vi Commissionis inquisitio hæret, restitutio expensarum Criminalium incumberet, Fisco hoc onus relinquetur.

s. XLII.

Observatio notatu digna est, in delictis metallicam rem concernentibus sumtus eo nomine expensæ à possessoribus fodinarum metallicarum suffèrri nonnunquam solere: Qualis peculiaris observantia est bey denen Kobelbs- und Blan-Farben Gewercken bey dem Amte Schneeberg, als welche in Kobelbs-Parthiererey Sachen den vorkommenden baaren Inquisitions-Verlag und Kosten übertragen, und zu diesem Behuff von jeden Centner etwas gewisses zum jehenden Amte abzuführen verbunden sind. Quæ observantia etiam per Rescriptum Potentiss. Regis, & Elect. Sax. confirmata est.

s. XLIII.

Angustia temporis fusioem me esse non permittunt. Porro assin vero alia occasio dabitur materiam hanc alias fertilissimam fusus pertractandi. Jam autem huic disputationi imponitur

F I N I S.

38 (0) 20



Erffest, Diss., 1735




v>18











1708.

1735, 13

13

*Q. D. B. V.*  
DISSERTATIO INAUGURALIS IURIDICA

DE EO, QVOD CIRCA  
**EXPENSAS  
INQUISITIONIS  
ET CRIMINALES**

IUSTVM EST,  
Son Inquisitions- und Weinlichen Kosten/  
QVAM  
RECTORE VNIVERSITATIS MAGNIFICO,  
**DN. TOBIA JAC. REINHARTH,**  
ICTO, FACVLTATIS IVRIDICÆ DECANO, ASSESSORE ET PROF. PVBL.  
ORDINAR.

ILLVSTRISSIMI S. R. I. COMITIS DE GLEICHEN ET HAZFELD CONSILIARIO,  
NEC NON EIVSDEM CANCELLARIE ET CONSISTORII BLANCKENHAIN.  
DIRECTORE, CIVITATIS ERFORDIENSIS SYNDICO  
ET CONSVLE,

INCLVTÆ FACVLTATIS IVRIDICÆ  
CONSENSV  
PRO LICENTIA

SVMOS IN VTROQVE IURE HONORES ET PRIVILEGIA  
DOCTORALIA

RITE CONSEQVENDI,

SINE PRÆSIDE

PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI SVBMITTIT  
AVTOR

**CHRISTIANVS SCHÜSLER.**

IN AVDITORIO ICTORVM MAJORE  
DIE XVII. MARTII M DCC XXXV. HORIS CONSVETIS.

ERFORDIÆ, Typis HERINGII, Acad. Typogr.